



The following document is part of a Dulwich Society project to digitise, transcribe and translate the Dulwich Manorial Court Rolls. They begin in 1333 and continue, with some breaks, to 1908.

For more details of the original court rolls and other documents please go to <https://www.dulwichsociety.com/courtrolls/>

Text in **red**, apart from modern notes by the transcriber, indicates text missing from, or entirely illegible in, the original Roll.

Text in various shades of **grey** indicates text which, in the original Roll, is to a greater or lesser extent difficult to decipher.

Text in **green** indicates letters missed out of the original text, usually in commonly found abbreviations.

Otherwise, all contemporaneous text is in **black**, except for presumed later additions which are indicated in **brown** or **blue**.

Roll J3 [previously K1] (recto)

Part 1

[Thursday] 8 Mar 1576

K.1

Manerium de Curia Baronis cum Visus franci plegii Johanne Calton vidue firmarij Manerij predicti
 Dulwiche / ibidem tenta Octavo die Marcij Anno regni domine nostre Elizabethae Dei gracia Anglie Frauncie et
 Hibernie Regine fidei Defensoris &c. Decimo octavo . /

Essonia Johanes Crofte essoniatur per Thomam Crofte , Henricus Rawson essoniatur per Xpoferum Curson . / --
 Jasperus Wright essoniatur per Dunstanum Turno^r / Georgius Fynche essoniatur per Robertum Nelson . /

Liberi Tenentes Matheus Draper , Johanes Crofte , Thomas Longe /
 et Sectatores . /

Presentacio Johanes Mathewe presentat omnia bene et nihil aliud, Et in loco eius electus est Thomas --
 Constabularii Longe . /

Capitales Willelmus Kyppinge et Johanes Shott presentant omnia bene et nihil aliud / Et in loco eorum electi sunt
 Plegii Henricus Hunter et Robertus Brokesbye /

Gustator Henricus Hunter presentat omnia bene et nihil aliud, Et in loco eius electus est Egidius A Becke /
 servicie

xij^{cem} tam pro Regina quam pro domina huius Manerij

<div style="display: inline-block; border-left: 1px solid black; border-right: 1px solid black; padding: 0 10px;"> Willelmus Wilkynson Johanes Mathewe Xpoferus Curson Thomas Longe </div>	} Jurati	<div style="display: inline-block; border-left: 1px solid black; border-right: 1px solid black; padding: 0 10px;"> Walterus Bone Johanes Lewes Johanes Heathe Egidius A Becke </div>	} Jurati	<div style="display: inline-block; border-left: 1px solid black; border-right: 1px solid black; padding: 0 10px;"> Laurencius Austen Willelmus Dalton Thomas Feringe Ricardus Mathewe Johanes Shott </div>	} Jurati
---	----------	---	----------	--	----------

Jurati in Assisam	Henricus Curson filius Xpoferi Curson , Willelmus Blanden et Thomas Becke filius Egidij A Becke Jurati fuerunt esse veros subditos dicte domine Regine . /
Finis c---iij ^s	Homagium predictum dicunt et affirmant omnia et singula superius presentata fore vera / Et ulterius dicunt quod dant Domine istius Manerij de certitudine ad hunc diem ex antiqua consuetudine iij ^s . /
Defalta	Item Homagium predictum dicunt quod Matheus Draper debet sectam ad Curiam Baronis, et fecit defaltam , Et quod Johannes Chapman , Rogerus Hamon , Ricardus Farrant , Thomas Salter et Johannes Bodger sunt residentes infra Manerium predictum et debent sectam ad Curiam visus franci plegii , et fecerunt defaltam Ideo ipsi et eorum quilibet in misericordia prout patet in capitibus eorum . /
Alienacio	Item Homagium predictum dicunt quod Thomas Ode alienavit et vendidit Matheo Draper generoso omnes terras et Tenementa sua libera infra Dominium predictum . /
Extrahure	Item Homagium predictum presentant quod una Equa precij x ^s venit ut extrahura infra istud Dominium ad festum Sancti Michaelis Archangeli ultime preteritum, et est in custodia[sic] predicte Johanne Calton, Et eciam quod unus Vitulus precij v ^s venit ut extrahura infra Dominium predictum ad predictum festum Sancti Michaelis Archangeli ultime preteritum, Et est in custodia Henrici Pyke . /
misericordia viij ^d	Item Homagium predictum presentant quod Johannes Chapman permisit Unam suam et duos porcellos ire inanulatos, Ideo ipse in misericordia viij ^d . /
misericordia ij ^s	Item Homagium predictum presentant quod Robertus Brokesbye succidit et abcaravit unam arborem vocatam a stubbe of an oke crescentem in bosco dicte Johanne Calton firmarij Manerii predicti vocato Kinges Copyes , Ideo ipse in misericordia o---ij ^s . /
misericordia iij ^s iij ^d	Item Homagium predictum presentant quod Johannes Bodgerson vendidit serviciam contra Assisam , Ideo ipse in misericordia o---iij ^s iij ^d . /

Item Homagium predictum presentant quod Robertus Brokesbye vendidit servicium contra Assisam , Ideo misericordia iij^s iiij^d ipse in misericordia o---ij^s iiij^d . /

Item Homagium predictum presentant quod Matheus Draper accrochiavit super comuniam huius Manerij in ponendo quamdam sepem prope domum Egidij A Becke circa quatuor pedes super comuniam predictam . Ideo preceptum est prefato Matheo relinquere accrochiamentum predictum et ponere predictam sepem in recto cursu suo citra festum Penthecostis proxime sequentem sub pena o----x^s . /

Item Homagium predictum presentant quod Robertus Brokesbye accrochiavit super Communiam huius Manerii in ponendo sepem gardini sui circa tres pedes super Communiam predictam . Ideo preceptum est prefato Roberto relinquere accrochiamentum predictum et ponere predictam sepem in recto cursu suo citra predictum festum Penthecostis proxime sequentem sub pena o----x^s . /

Item Homagium predictum presentant quod Dunstanus Turno^r removit unam scalam agrestem vocatam a style apud finem pomarij sui ducentem ad quendam pontem vocatum Howlett's bridge, extra rectum locum suum. Ideo preceptum est prefato Dunstano ponere predictam scalam agrestem vocatam a style in recto loco suo citra festum Pasche proxime sequentem sub pena o----x^s . /

Item Homagium predictum presentant quod Johannes Chapman positus fuit in pena quod ipse escuravisset quoddam fossatum ducentem a fine domus Willelmi Dalton usque ad domum suam ante certum diem preteritum continentem per estimacionem viginti rodas sub pena xij^d pro qualibet roda , et non escuravit eundem fossatum , Ideo ipse in misericordia o---xx^s . /

Item presentant quod Willelmus Wilkyns[sic] usus fuit galliro in die dominica contra formam statuti inde misericordia o--ij^s iiij^d editi et provisi Ideo ipse in misericordia o-----ij^s iiij^d . /

Item presentant quod Laurencius Austen usus fuit galliro in die dominica contra formam statuti inde misericordia o--ij^s iiij^d editi et provisi Ideo ipse in misericordia o-----ij^s iiij^d . /

- Pena **Ordinatum** est per totum homagium predictum quod Robertus Brokesbye escurabit quoddam fossatum continentem per estimacionem quatuor rodas iacentem et existentem iuxta domum mansionalem ipsius Roberti prope Communiam ibidem citra festum Sancti Michaelis Archangeli proxime futurum sub pena --- xij^d pro qualibet roda . /
- Pena **Item** ordinatum est per totum homagium predictum quod Dunstanus Turno^r escurabit quoddam fossatum ducentem a ianua ipsius Dunstani usque finem pomarii sui continentem per estimacionem sex rodas citra festum Sancti Michaelis Archangeli proxime futurum sub pena xij^d pro qualibet roda . /
- Pena **Item** ordinatum est per totum homagium predictum quod Georgius Fynche escurabit Unum fossatum apud Newelandes continentem per estimacionem Triginta rodas citra festum Sancti Michaelis Archangeli proxime futurum sub pena o---- xij^d pro qualibet roda . /
- Pena **Item** ordinatum est per totum homagium quod Johannes Chapman escurabit Unum fossatum prope regiam viam ducentem a fine clausi Georgij Fynche usque finem cuiusdam loci vocati le Kenelles --/-- continentem per estimacionem Viginti rodas citra festum Sancti Michaelis Archangeli proxime futurum sub pena xij^d pro qualibet roda . /
- Pena **Item** ordinatum est per totum homagium quod Willelmus Wylkyns[sic] escurabit Unum fossatum apud quandam venellam vocatam Crokestead lane continentem per estimacionem sex rodas , et Unum aliud fossatum in eadem venella vocata Crokestead lane adiungentem cuidam fossato Rogeri Hamonde continentem per estimacionem quatuor rodas, citra predictum festum Sancti Michaelis Archangeli proxime futurum sub pena o---- xij^d pro qualibet roda . /
- Pena . / **Item** ordinatum est per totum homagium quod Rogerus Hamonde escurabit Unum fossatum in predicta venella vocata Crokestead lane adiungentem ad Court meade continentem per estimacionem quinquaginta rodas citra festum Sancti Michaelis Archangeli proxime futurum sub pena o---- xij^d pro qualibet roda . /

Affiratores { Laurencius Austen } Jurati
 { Xpoferus Curson o... }

[End of J3 [previously K1] (recto). Nothing on J3 [previously K1] (verso) except, at the 'top', in two later hands :]

Rowlls from the 13 to the 26 of Ely sabit

By Jone Calton vide att this



Roll
K.1-7

[and, at the 'bottom', in a third (but late 16th-century) hand :]

Dulwyche
octavo die Marcij
A° xvij° Eliz

[End of Roll J3 [previously K1].]